



**Rev. Patr. Joannis Laurentii Berti, Ord. Eremit. S.
Augustini, Theologia Historico-Dogmatico-Scholastica,
Seu Libri, De Theologicis Disciplinis**

Berti, Giovanni Lorenzo

Monachii [u.a.], 1749

Caput VI. De ludis, in quibus homines delectationis causa exercentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83665](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83665)

ſurpitudinibus cantionum animi humani
illeſti enervantur, & decidunt à virtute
deſuentes in turpitudinem, & propter
iſſus turpitudines poſtea ſentiunt dolores,
& cum magna amaritudine digerunt,
quod cum dulcedine temporali biberunt.
Verum in eundem ſcopum collineant
mox dicenda de Carminibus Poetarum.

3. PROPOSITIO III. Chriſtiani prohi-
bentur ſigmenta legere poetarum.

Habetur cap. Ideo prohibetur, diſt.
xxxvii. & ratio ibidem redditur: quia
per oblectamenta inanum fabularum men-
tem excitant ad incentiva libidinum.
Deſumptus eſt Canon ex lib. 3. Sent.
Iſidori de ſummo Bono cap. xlii. Per-
ſtringit fabulas Poetarum S. P. Augu-
ſtinus in Epist. ad Memorium, lib. 2.

de Civit. Dei cap. xiv. alibi. Dæmo-
num cibum appellabat Hieronymus.
Inter Regulas damnandorum librorum
ad calcem Tridentini, habetur conſe-
quens: Libri, qui res laſcivas, ſeu ob-
ſcenas ex profeſſo tractant, narrant, aut
docent, omnino prohibentur, &c. Et
jure, meritoque; cum enim corrumpunt
bonos mores colloquia mala; nil
poſteſt illos magis inquinare, quam can-
tus, & carmen obſcenum, quoniam &
hæc colloquia mala ſunt, atque ſermo-
nis venere, numeris, fabulis, verbis-
que flexanimis aures artificio, veneficio-
que demulcent. Atque idem aſſeren-
dum eſt de fabulis ſoluta oratione con-
ſcriptis, & extra pudoris limites diva-
gantibus.

CAPUT VI.

De ludis, in quibus homines delectationis cauſa exercentur.

SUMMARIUM.

1. Qualis ludus pueris permittendus.

2. Qualis adoleſcentulis.

3. uſque 8. De luſu alcarum.

JAM vero dicam de ludis, quorum
nomine non ſcholam ſignifico, unde
appellatur præceptor cum Iſocrate,
& Epicuri patre Ludi magiſter, ſed de
iis, quos Tullius dixit ludos luſionis,
ſcribens ad Q. Fr. Ducebam Ciceronem
meum in ludum diſcendi, non luſionis.

1. PROPOSITIO I. Ludere permittan-
tur pueri communibus, & peranti-
quis luſionibus, quæ innoxie ſunt, &
ab adultis ratione ipſa ſuadente reji-
ciuntur.

Sunt hi ludi. I. Trochus, & bom-
bex: cujus generis duo ex Magno Ba-
ſilio Orat. 5. Platone lib. 4. de legibus,
& Ovidio 2. Triſt. etiam antiquitus ex-
titerunt: trochi ſcilicet, qui ſcutica
agitantur, & qui cuſpidem habentes
loro ejeſti circumvolvuntur: atque iſtud
ludi genus dixere latini, trochum agi-
tare, aut, buxum torquere. II. Muſca
ænea, quo ludo puer clauſis oculis cir-
cumambulat, donec aliquem manu ap-
prehendat; ſic luſio dicta, quod apud
Græcos puer ille olim dixerit, *κατακταννύμενον ὀφθαλμοῖς*, Aeneam muſcam venabor:
cæteri reſponderent, *ὀφθαλμοῖς, ἀνὰ τὸν ὄψον*, venaberis, ſed non capies. III.
Ludus dictus Pentalitha, id eſt, quin-
que lapillorum, de quo Pollux lib. ix.
cap. 7. ſcribit, lapillos aut calculos
ſuſum propelli, & cadentes recipi vo-
la converſæ manus ſuperiori. IV. Ac-
cedit quem vocant Græci Artiazein,
R. P. Berti Theol. Tom. IV.

dum in talorum multitudine jubetur
puer divinare numerum, aut par, vel
impar: de quo ludo Pollux ibidem,
Suetonius in Auguſto, & Venuſinus
Poeta lib. 2. Sat. iii.

Ludere par, impar, equitare in arun-
dine longa.

Reliquas puerilium ludorum ſpecies tra-
dit ſingulari libro Meurſius. Fortaſſis
præter modum, hæc perpauca exem-
pla propoſuiſſe.

PROPOSITIO II. Permitti poſteſt
Adoleſcentibus ludus latrunculorum. PROPOSITIO 2.

Latrunculorum ludum appello, quod
Itali dicimus Scacchia, vel Scacchos, Qualis ludus
appellabant autem antiqui Græci *ζατρίκιον*, adoleſcentu-
αῖος; quamquam nonnulli putant inter lis permi-
latrunculos, Scacchia, & zatrición ali- tendus,
quid intereſſe diſcrimidis. At refere-
bant hi omnes ludi belli imaginem, ut ob-
ſervarunt Meurſius, Daniel Souterius,
Dempſterus, alii. Hoc ludi genus inpo-
xium ſcribunt Panormitanus, Navarrus,
& complures laudati à Cl. Ordinis Scri-
ptore Angelo Rocca in Commentario
contraludum Alcarum. Probant omnes
licitam hanc luſionem, propterea quod
non ſorte aliqua conſiſtit, ſed ingenio.
Præter iſtos viros illuſtres non proba-
runt ſolum, verum & celebrarunt ludum
huiusmodi carmina Poetæ, ac Theolo-
gi percelebris Hieronymi Vida Episcopi
Albenſis. Inter ejus Poemata extat
Scaccheides, cujus initium eſt:

Z z 2

Ludi

*Ludimus effigiem belli, simulataque
veris
Prælia, luxu actis fictas, & ludicra
regna:
Ut gemini inter sereges, albusque ni-
gerque
Pro laude oppositi certant bicoloribus
armis.*

Verum tamen est, S. Petrum Damia-
num Epist. x. libri 1. ludum latruncu-
lorum reprehendere non minus, ac alea-
rum. At, quomodo animadvertit lau-
datus Angelus Rocca, scribit Damianus
ad Episcopum, qui nimia frequentia, &
coram sæcularibus tempus latrunculis
ludendo terebat. Tenendus est autem
etiam in oblectamenti modus; plura-
que exerceri possunt ab adolescentibus,
quæ non decent Episcopum. Potest
etiam loci, & personæ conditio hone-
statem ludi vitare: neque enim in ludo
latruncolorum laudanda est ars, quam
puellæ tradidit Ovidius in 111.

*Cautaque non stulte latronum prælia
ludat.*

*Unus cum gemino discolor bove
perit.*

3. PROPOSITIO III. Ludus alearum,
Propositio 3. tanquam omnis nequitie seminarium,
eliminandus, & abjiciendus omnino est.

Probatur lu- Dicitur Alea non solum ludere depi-
sum alearum ctis chartis, verum & quolibet ludo,
eliminan- in quo rationi consilioque prævalet cas-
dum esse ex sus, & temeritas: sive chartis ludatur,
Gentilibus. sive taxillis. Hujus autem ludi pravi-
tatem Ethnici ipsi, Patres, Leges, Ca-
nones, & manifesta ratio common-
strant. I. Commemoravi Gentiles ipsos
Scriptores; nec immerito. Etenim in-
ter Latinos Cicero 2. Philipp. Anto-
nium appellat hominem nequissimum,
quod non dubitaret, vel in foro alea lu-
dere. Suetonius in Augusto scribit, ju-
venem infamia notatum, quod lusisset
alea. Seneca eam sententiam protulit:
*Aleator quanto in arte melior est, tan-
to est, nequior.* Horatius lib. 3. Od. 24.
ait. *Vetita legibus alea:* & Ovidius 2.
Trist.

*Sunt aliæ scriptæ, quibus alea luditur,
artes:*

*Hæc est ad vestros non leve crimen
avos.*

4. Ex Græcis autem, legimus apud Laer-
Probatur ex tium lib. 3. à Platone graviter casum
Græcis, adolescentem, quod alea lusisset. Chi-
lus à Spartanis missus Corinthum, ut
una jungeret fœdera, videns ibidem
nonnullos ludentes alea, *Abst;* inquit,
ut Spartani cum Aleatoribus ineant so-

cietatem. Aristoteles aiebat, tam alea-
torem, quam furem esse illiberales, &
turpis lucri sectatores. Xenophon alea
lufum dicebat decepticem dominam
voluptatem. Plura de his Angelus Roc-
ca, & Daniel Souterius.

At veniamus ad Patres: Clemens 5.
Alexand. lib. 3. Ped. cap. 2. ait: *Incon-* Probatur ex
sideratum luxuriæ amorem otiosis iisbæ Paribus.
aleæ oblectamina suppeditare, desidiam-
que in causa esse. S. Cyprianus, aut
alius antiquus Scriptor de Aleatoribus
inter Cypriani Opera: *Alea tabulam*
dico, ubi Diabolus præsto est, ad ca-
piendum summissus, & cum caperit de
captivo triumphum, perfidia, falsa testi-
monia. Tabulam aleæ dico, ubi dementia,
& furia, & venale perjurium. &
colloquium serpentinum: Illic rabiosa
amicitia, illic atrocissimi scelestis fra-
ternitas discordans, illic convicia, &
audacia sæva, & mens insana, & fera
impatientia. Alea tabulam dico, ubi
possessionum amissio, & pecuniarum in-
gentium perditio, monstrum, & de-
monstrans litigiosum furax dementia.
Appellat idem Auctor Aleatores crude-
les, truces, noxios, insomnes, armi-
geros. Chrysostomus hom. xxxiii.
in Ev. Joan. *Quis enim Aleatorum (in-*
quit) aliquod Christiano dignum opus
aggreditur? Et Iisd. lib. xviii. Orig.
cap. 67. Ab hac arte fraus & menda-
cium nunquam abest, postremo & odium,
& damna verum.

6. Quantæ autem leges in Aleatores la-
tæ sunt! Prohibuerunt ludum aleæ Fer-
Leges pro-
dinandus Rex Aragoniæ, Philippus
hibentes lu-
Adeodatus Rex Galliarum, Jacobus I.
sum alearum
Rex Magnæ Britanniæ, S. Ludovicus,
recensentur.
Henricus III. Carolus VII. Reges Fran-
ciæ: quorum omnium, aliorumque
Principum adversus Aleatores Statuta
affert citato libro Souterius. Produ-
cimus nos tantummodo legem Justinia-
neam, *Commodis subjeclorum prospici-*
entes hac lege decernimus, ut nulli li-
ceat in publicis vel privatis domibus, vel
locis alea ludere: l. 3. tit. 43. Cod. &
Ulpianus docet juxta leges non dari ju-
dicium, si quis verberaverit, aut da-
mnus attulerit ei, apud quem habe-
tur ludus aleæ, D. tit. v. de Aleatori-
bus l. Prætor. Consentunt leges Ca-
nonicæ, cap. Inter dilectos, de Excessu
Prælatorum, & c. 8. dist. 35. canon l.
Synodi vi. Concilium Lateranensis sub
Innoc. III. caput xvi. Concilium Me-
diolanense sub D. Carolo, & Aquile-
jense celebratum regnante Clemente
VIII. Sed hos Canones accurate collegit
Angelus Rocca, quem videas.

Ratio

7. Rationem experimento comprobata jam teneto. Nemo quantumvis flagitioſiſſimus univerſum decalogum frangit, quemadmodum Aleator. Is Deo cultum denegare convincitur ab erudito Scriptore inter Opera Cypriani, de quo paulo ſupra; quoniam diabolus, cum olim ſe in ſtatunculis & ſimulacris formaret, aliud crimen adinvenit, quo ſe ab imitatoribus ſuis colendum, & ſibi ſacrificandum inſtituit. In Divos vero quantum Aleatores irreverentes ſint, cum quotidianum experimentum evincit, tum ſeries mirabilium eventuum, quæ ſub finem laudati Operis enarrat Rocca. Divinum nomen contemnere qui ludunt aleam, dum inſaniunt, & ferociſſimis vocibus pejerant, res eſt in propatulo; nec male de Aleatoribus quidam apud Souterium,

Vulnera per Chriſti jurant, per numina Patris:

Omnes per divos, omnia perque ſacra. Quantum vero præcepta ſecunda tabulæ transgrediuntur Aleatores, teſtatur ipſemet Auctor inter Opera S. Martyris Cypriani, ſcribens: *Invicem ſibi manus inferunt, maledicunt, ſe devotent, parentum originem turbis præſentibus debonorant.* Et ibidem: *Hic concrepat aleæ ſonus, illic ſilentio operatur inceſtus, &c.* Etiam Livius ſcripſit lib. xlv. *Ludentes aleam eſſe in venerem promiores.* Haud male ergo appellavi aleam ſeminarium omnis nequitia: & cum plura adverſus Aleatores ſcripſerim, majora tamen præmitto legenda apud Scriptores nuper laudatos, alioſque, Juriconſultos, Concionatores, atque Theologos.

8. Quomodo aleator transgreditur præcepta ſecunda tabulæ.

C A P U T VII.

De haſtiludio, & ferocium Animalium venatu.

S U M M A R I U M.

1. Chriſtianiſ agmen Troicum prohibetur.
2. De congreſſu ſenenſium pugnis certantium.
3. Congreſſio certatoria ferarum cum hominibus deſtenda.
4. Ferarum inter ſe congreſſio non eſt adeo immanis.
5. Venatio an exercenda diebus feſtivalibus.

ET cum ſint aliqui ita à natura, & ingenio comparati, ut oblectentur ludis interdum cruentis, cujuſmodi eſt torneamentum, vel Trojæ luſus, aut quælibet decuſſio ludicra, nec non venatione immaniorum beſtiarum, & furentibus in circo tauris, operæ premium erit hæc quoque oblectamina vellicari.

I. PROPOSITIO I. Chriſtianiſ decuſſio ludicra, vel agmen Troicum prohibetur.

De iis loquor, quæ ſerio animo ad vires oſtentandas cum magna animi audacia peraguntur. Vetari enim conſtat à Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. cap. 20. & hab. cap. *Felicis memoriæ, Extra, de Torneam. Deſtabiles illas mundinas, vel ferias, quas vulgo torneamenta vocant, in quibus milites ex condiſto convenire ſolent, & ad oſtentationem virium ſuarum & audaciæ temere congregiuntur, unde mortes hominum & animarum ſape proveniunt, fieri prohibemus, &c.* Privandi ibidem dicuntur Eccleſiaſtica ſepultura, qui in huiſmodi congreſſione occumbunt, tamenſ ante mortem poenitentiam poſcant, eamque obtineant: quod confirmat proximum cap. *Ad audientiam* depromptum ex Romana Synodo ſub Innoc. II. nec-

non Remenſe Concilium canone x. Item Clem. V. in Conc. Viennenſi huiſmodi decuſſiones prohibuit ſub excommunicatione Sedi Apoſtolicæ reſervata, & ſub interminatione generalis interdicti: quas tamen cenſuras revocavit Joan. XXII. Extrav. unica de Torneamentis. Accedit ratio; quandoquidem inſanientis eſt ludere cum vitæ periculo: & ludus omnis ut inculpatas ſit, oportet. Neque vitatur periculum ſi milites congregiantur cum haſtis ligneis: ut comprobatur miſerabilis caſus Henrici II. Regis Galliarum. Quamobrem requiri arbitramur etiam in ludo Piſanorum, quem Pontis appellant, aliquod moderati animi temperamentum. Ferrur Selimi Turcarum Regis frater cum ludicras has decuſſiones ſpectaſſet, dixiſſe, parum ſibi videri, ſi Trojæ luſus fiat ſerio: ſi joco, nimium. Vide Gonzalez ad Tit. XII. lib. v. Decretalium. Prætermittendum non eſt, exhiberi hiſ ſpectaculis imaginem quamdam veterum Gladiatorum: qui, ut Iſidorus ait lib. xviii. Orig. cap. 53. ſic atroci perfeverantia inibant pugnam, ut alter in alterius mortem proſliret. Hanc vero monomachiam ſpectare, nobis interdictum docent antiqui Patres, & præſertim Theophilus Episcop-